

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3065

Auteur(s) : Algare, Coutances (évêque)

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1140...

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte d'Algare, évêque de Coutances, confirmant à l'Abbaye de St Sauveur, entr'autres, les églises de St Brelade, de St Jean des Chênes, de St Pierre du Désert, de St Hélier et de St Clément.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 175, p. 254-256.

Dissertation critique

Datation proposée dans l'édition.

Texte établi d'après a

In nomine Sancte et individue Trinitatis ego Algarus Dei gracia Constanciensis episcopus ecclesiam de Treauvilla abbatie de Sancto Salvatore et monachis ibidem Deo servientibus concedo cum terra eleemosine et omnibus [decimis veteribus et novalibus] ad eandem ecclesiam pertinentibus ; ecclesiam quoque Sancti Germani de Direte cum terra et omnibus ad eam pertinentibus, capellam Sancti Michaelis que est in ipsa parrochia cum omnibus que ad eam pertinent, dimidiam ecclesiam Sancte Marie de Podiis cum terra et decimis que ad eandem medietatem pertinent, et ecclesiam Sancti Martini de Gerouvilla cum terra et omnibus decimis grossorum fructuum et novalium et omnibus ad eam pertinentibus [et ecclesiam Sancti Germani de Tournebusc cum uno vavassore et decimis veteribus, novalibus et omnibus ad eam pertinentibus] et ecclesiam Sancti Michaelis de Brichebo cum terra et omnibus que ad eam pertinent, et ecclesiam Sancti Martini de Hainevilla cum terra [et decimis veteribus et novalibus] et omnibus ad eam pertinentibus et ecclesiam Sancti Germani de Tornebu cum terra et omnibus ad eam pertinentibus et ecclesiam Sancti Elmelandi cum terra et omnibus que ad eam pertinent, et ecclesiam Sancti Martini de Levilla cum terra et omnibus ad eam pertinentibus. [Ecclesiam quoque Sancti Petri de Fontaneto de supravada pro media parte cum feudo, decimis veteribus et novalibus seu novalium decimis et omnibus ad eandem mediam partem et feudum pertinentibus], ecclesiam quoque Sancti Stephani de Alvers cum terra et omnibus [decimis] que ad eam pertinent, et ecclesiam Sancti Martini de Gois et capellam Sancti Medaldi cum terris, [decimis] et omnibus que ad eas pertinent, [ecclesiam quoque Sancti Sansonis de Ansnevilla cum omnibus decimis veteribus novalium quoque et omnibus que ad eandem ecclesiam pertinent]. Ecclesias etiam Sancti Remigii et Sancti Christofori de Landis cum terris, [decimis] et omnibus ad eas pertinentibus, et ecclesiam Sancti Johannis de Silva [de Taillipodio] cum terris [decimis novalium] et omnibus [ceteris] que ad eam pertinent. In insulis vero de Gersai ecclesias Sancti Broelani et Sancti Johannis de Quercubus et ecclesiam Sancti Petri de Deserto et ecclesiam Sancti Elerii et

ecclesiam Sancti Clementis cum terris et eleemosinis et omnibus que ad eas pertinent. Et ecclesiam Sancte Marie de Columba cum terra et omnibus que ad eam pertinent, ecclesiam etiam Sancti Johannis de Sancto Salvatore cum terris [et decimis majoribus veteribus et novalium] et omnibus que ad illam pertinent. Dimidiam ecclesiam Sancti Audoeni de Catevilla cum omnibus [majoribus et novalibus vel novalium decimis et aliis omnibus] ad eam pertinentibus. Hec omnia prefate abbacie concedo et sigilli munimento corroboro. Si quis itaque cartam istam quoquo modo violare presumpserit Sancti Salvatoris omniumque sanctorum indignationem sustineat. Hujus rei testes sunt Rogerus archidiaconus, Osbernus cantor, Gislebertus archidiaconus, Radulfus archidiaconus, Philipus archidiaconus, Ricardus archidiaconus de insulis, Tieceelinus, Simon filius Johannis, Willelmus filius archidiaconi, Thomas de Haia, Willelmus filius decani, Johannes de Perers, Nicolaus canonicus.